

ad concordiam devenerunt, videlicet quod Marcucius promisit dicto henrico canonico *etc.* pro censu tarenum auri unum ab una dicta domo a medio pariete iuxta aliam domum suam, a medio pariete iuxta domum dompni Andree de Manso a media transenda iuxta domum Nicolai de Flore et iuxta viam puplicam. et dictus Georgius nomine *etc.* Reliquas domos et Casile dicti Marcucii annuo censu dicte Ecclesie servientes fecerunt liberas exemptas in perpetuum *etc.* Facta sunt duo consimilia istrumenta unum penes Marcucium et unum dictis clericis. scripta per manus mei predicti Magistri Spine solito signo meo signata subscriptione Iudicis et testium. (*C'è il segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*Segno*).

† Petrus de Bernardo presbiter testatur.

† Ego dompnus nicolaus piezcius testor.

† Ego Angelus Andrensis subdiaconus testor.

N. 96.

A. D. 1300

(8 maggio, Ind. XIII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Ruvo.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,42, larg. 0,20.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	L'abate <i>Mathias, f. Bartholomei de argentera</i> di Ruvo, <i>pro anima</i> , fungendo da garante <i>Helia de Iudice Mathia, causa honoris ecclesiastici</i> , donò una sua vigna di viti quadraginali, messe in tenimento di Ruvo, <i>in loco Macleti</i> , al Monastero di Montesacro, riservandosi l'usufrutto, sua vita durante.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Sumpsit quo Christus carnem cum virgine mistus. Anno Millesimo Trecentesimo. Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum eius anno sextodecimo. Mense Madii die octavo eiusdem. terciedecime Indictionis. Ego Abbas Mathias f. Bartholomei de Argentera civitatis Rubi intus in eadem civitate in presentia. Riccardi de An-